Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria cum quaestionibus in univ. Arist. logicam - Cod. Ettenheim-Münster 287

Heppen, Petrus

[S.l.], 1602

Ratio studendi [...] studiosis accomodata

urn:nbn:de:bsz:31-130037

Visual Library

Ratio studendi Phiæ studiosis accomoda-ta.

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

Paragraphus Primus.

Qui ad solidam in Phia eruditionem pervenire de-siderat, quatuor illo viis continenter atq alacriter insisteret, quarum prima e viva præceptoris vox, 2. labor atq exercitatio. 3. in labore methodus, 4. In methodo constantia.

2.

Lectiones, repetitiones, disputationes ita sedulus fre-quentet, ut quantum facere poterit cætera dia negotia huic uni posthabeat. Lectiones quoad po-terit, prævideat. In præceptorem docentem intentis-simus sit, & si quæ inter explicandum occurrat notatu digna, ea ne excidant in libellum se-orsim referat.

3.

Methodus vero ac ratio præceptoris sui dictata probe intelligendi, hæc erit. Relegat diligenter eaq sin examinet, ut ipse sibi objiciat ac respondeat, quæ vero solvere aut intelligere nequiverit, de iis præ-ceptorem a condiscipulos doctiores audacter consulat, a certe annotet, ut in disputando usui esse possint. Idem erit methodus Aliis doctrina examinandi. Ad eam maxime affici oportebit, eiq definitiones, divisiones, sententias, axioma-ta diligenter memoria commendare.

4.

Cum integra aliqua quæstio repetenda est, quæ-stionis titulum inprimis ac sensum aspiciat, deinde conclusionem principem quibus ea ratio-num momentis nitatur, quid contra eam objiciat, quo pacto dissolvi possit, observet.

Thesibus publice ad disputandum expositis & si non mi-nimus studiosissime tamen sese ad respondendum atqs ad assistendum comparet. Inter disputandum

vero

uero tacite ad singula argta respondeat, vt sciat
solutiones datas. Eodem mo ad repetitiones com-
paratus accedat, sintrique in iis se gerat.

6.

In hac studendi methodo constantissime perseveret
neque si initio rem totam non statim intelligat
(id enim fieri non pot.) animum abiiciat, sed quae
difficiliora inter repetendum occurrent, ea
in libello ne excidant annotata, in aliud tempus,
dum eruditione erit provectior, reservet,
contentus interim facilioribus ingenium suum
ad maiora illa capienda praeparare.

7.

Vt autem ista exercitationes feliciter succedant, caveat di-
ligenter, ne se passim obvijs autoribus legendis inge-
rat, sed lectione suorum scriptorum dialecti-
carum institutionum i.e. quibus aliquid doc-
trinae reget i. Artis & unius si volet alterius auto-
ris sit contentus.

8.

Vt rerum saltem praecipuarum perpetuam memoriam
(quod vehementer optandum est.) retinere pos-
sit, mensibus singulis quae per 4or hebdomadas
audierit, revolvat, Juvabit plurimum in quaestione
aliqua absoluta probeque intellecta, eam nonnul-
li inter se argutando atque examinando repetant.
Poterit denique praecipuas conclusiones ac fundamen-
ta, in compendium suis ipse verbis redigere
sed minime id faciet nisi disputatio aliqua penitus
absoluta, penitusque intellecta, alias enim hoc suo
compendio ingens doctrinae dispendium futurum
esset.

9.

Quae a praeceptore dictabuntur ita excipiet. ut forma
i. subducantur linea [illegible] — scriptionis memoriam iuvare possit, Itaque convenit
ut fundamenta vel notabilia, opiniones, conclusiones, ob-
iectiones & responsiones ad initium versuum po-
nantur & crassioribus litteris vel alia quapiam
nota insigniantur i. notentur.

10.

10.

Dominicis festis, atque alijs diebus, quibus nullae habentur lectiones partim repetet quaecunque in scholis repetitur, partim ad disputandum se comparabit, partim e libellis spiritalibus diligentius leget. Si quid temporis supererit, id totum repetendis ijs quae ante didicit impendet.

Distributio temporis atque otij de mensis hyeme servanda.

A 5.a ad 7. finitis ad dictum preces, si opus erit providebit explicandas in scholis lectiones. Et lectionem pomeridianis horis pridie explicatam una cum Ethica ante meridiem scripta ita repetet ut utramque pro captu suo intellectam reddere memoriter possit.

A prandio ad primam lectionem matutino tempore a primario professore prelectam ita diffet ut hora 1. utramque referendam clare reposcere possit et de ijsdem vel disputare ipse, vel disputantes alios cum fructu audire. ~~Ac~~ Finitis pomeridianis horis et lectionibus usque ad caenam ipsi repetet lectionem hora 1. traditam. Deinde ad disputandum vel defendendum si opus erit se comparet, denique quidquid restabit temporis, id tribuet lectioni partim dialecticarum institutionum, partim earum quaestionum a capitum Aristis, cum quibus propius conjuncta videbuntur et quae circa id ipsum in scholis explicatur.

Aestate et diebus ieiuniorum eam inibit rationem ut quod ex superioribus uno tempore praestare commode nequiverit, idem postea ac compenset alio. /.

R. D. P. PETRI HEPPEN SOCIETATIS IESU COMMENTARIA UNA CUM QUAESTIONIBUS IN UNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM DICTATA ANNO DOMINI.

1. 6. 0 2. M·D·C·II·

ET A F. CHRISTOPHORO Herbler Engentino, Monasterij in Schuttern conventuale excepta, tunc convictore Herbipoli apud S. Stephanum.